

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - V, 04 : De Isthmiis](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 04 : De Isthmiis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 04 : De Isthmiis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 05 : Des Isthmiens](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 04 : Des jeux Isthmiens](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 133v°-134r°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

honor victoribus habebatur, tantaque erat victoriorum civitatum lætitia, ut multa millia passuum victores ita manibus suorum civium portarentur, ne omnino terram contingerent: neque ingrederentur per portas civitatum, ut reliqui homines, sed pontes illis tumultuarii fierent supra mœnia civitatum; eorumque nomina in foro publico sumptu columnis inciderentur. Primus autem fuisse dicitur Theseus, qui cum venisset in Delum palmam victricibus proposuerit, ut ait Plutarchus. Alii non illis de causis instituta fuisse illa certamina memorant, sed ob insepultum Melicertam cū in Isthmum appulisset. ferunt enim Corinthiorum agrum famem inuasisse atque responsum fuisse Corinthiis non prius malum cessaturum, quam honorarent per certamina Melicertam: cui dicatum fuit apium planta funebris. Deinde illata fuit pinus ob affinitatem cum mari, quia sterilis sit, ut litus maris. alii instituta à Sisypho dixerunt ob affinitatem, quam cum illo habebat. fuerunt & alia ludorum genera apud Græcos, ut apud Athenienses Hydrophoria, Delphinium Pythæ, fuerunt & alia alibi præmia victoribus, ut phiale argenteæ in Sicione in Pythiis. in Pellene vrbe Achaïæ præmiū erat vestis in Theoxeniis, vel, ut alii maluerunt, vocatis Mercurialibus. in Argina Acacibus præmium fuit dithyramborum poetis, qui præclarus in Dionysium cecinisset; quod certamen dictum fuit Amphorites. quæ, quoniam non erant valde illustria, ratioque de his mentio fit a scriptoribus, superioribus abundè ut arbitror explicatis, in præsentem omittimus. nunc reliqua ad institutum opus pertinentia persequamur.

De Mercurio.

Cap. V.

Mercurium omnium Deorum antiquorum vigilantissimum, ac maxime negotiis implicatum; quippe quem neque per noctem quidem dormire negotiorum multitudo pateretur, Iouis & Maiæ Atlantis filiumuisse scribit ita Hesiodus in Theogonia;

*Ἰού δ' ἔφ' Ἀτλαντὶ πατρὶ τὸν φαίδιμον Ἴρμην,
κίρην ἄστειρον, Ἰστὸν Ἀΐξεσσι νεμεσώμενον.*

E Ioue Mercurius, Nymphaque Atlantide cretus.

Est præco superum: compressit Iupiter illam.

Sic & Orpheus & Homerus in hymnis tradiderunt, à quibus præclare Virgilius, ea capiens, quæ ad genus Mercurii attinent, illum in Cyllene Arcadiæ montenatum esse inquit in his;

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum culmine fudit.

At Paulanias in Bœoticis non procul à Tanagris in monte vocato Cerycio Mercurium natum esse scribit. Hunc educatum fuisse in Cyllene monte præterea testatus est Didymus his verbis; *Ἴρμην δ' ἐν κυλλωνίῳ Ἴρῳ ἐπαυθῆναι αἰετοῦ φῶς.* Mercurius in Cyllenio Arcadiæ monte educatus. Hunc educatum fuisse inquit sub arbore portulacæ, quæ andrachne dicta est à Græcis, quare illi fuit consecrata. Scripsit Paul. in Arcadicis ex antiquo Arcadum sermone Mercurium educatum fuisse non procul ab Alpheo fluuio in civitate quæ Acacesium vocabatur, ab Acaco Lycaonis filio. alii Iunonem lac præbuisse Mercurio putarunt, & per quoddam tempus apud illam nutritum fuisse. At enim plures fuerunt Mercurii ut ait Cicero in libro tertio de na